

sub eminentia solitudine, pietatis ac puritatis specie corruptissimos mores ita Dæmonis ope occultaturam, ut ipsi ejus cognati, & familiares nil tale de ea poterint cogitare. Addunt præterea, ex iis incognitis hominibus, qui secretò ad eam accedent, quibus sui copiam agnoscat, concepturam, & filium illum maledictionis fructum efformandum, possidendum, & à Demone gubernandum, divino miraculo de se adhuc Virgine genitum promulgaturam. At quibusnam fraudibus, & mendaciis suo testimonio fidem acquirat? Si Matris Jesu Christi virginitas infirmis adeo fulgimentis innixa fuisset, eorum, qui Servatoris crederent, Judæorum fidem sibi fortè comparasset?

s Opus. de Anti-Christo.

Rabanus Maurus (s) ex Parentibus communibus Anti-Christum oriturum, in peccato, & per peccatum concipiendum, & veluti ex peccatis compingendum putat; de peccatis præterea non emerit, ut ejus horoscopus, quo peccati homo præfertur, adimpleatur. Dæmoni permittet Dominus, ut à conceptione Anti-Christi potitus, ad extremum usque spiritum non derelinquat. Sicut enim Spiritus Sanctus in Virginem purissimam superfusus, donis suis eandem cumulavit, & in ipsius utero vitæ & sanctitatis germen efformavit, ut fructus, quem peperit, Sanctitas ipsa & esset, & diceretur; ita, proportionem servatâ, nequissimus Spiritus Anti-Christi parentem superimplebit, ut filius, quem fuderit, maledictionis fructus, & filius perditionis habeatur.

Varia hæc de origine & ortu Anti-Christi conjecturis certi nihil hauriri posse fatemur. Neque certius quidquam de ejus educatione invenimus. Quid tamen de hominis in peccato concepti, per Dæmonem, ut sibi in flagitiis omnibus peragendis obsecundet, efformati, & pessimis tam corporis, quam spiritus dispositionibus affecti educatione cogitemus? Satanæ, à quo potissimum ad prava quælibet erudiendus, nihil sanè præteribit, ut alumnus se dignum, & ad sua perditissima consilia compositum constituat; is verò discipulus nequissimæ disciplinæ nimium capax, nil intentatum omittet, ut tanti præceptoris documenta omnia exequatur. Pessimas animi qualitates, & propensiones nequissimas vel à teneris annis ita exhibiturum censent, ut, qui sit in posterum evasurus, eumque præcipuum esse Dæmonis alumnus & filium, nullo negotio inde percipi possit (t).

1 Vide Mal-wend. l.2. c. 19. & seq. de Anti-Christo.

Verumtamen si Anti-Christum vel à puerilibus annis ita perditum constituamus, quomodo id constabit, quod alibi diximus, & Patres asserunt, hominem nempe peccati omnium maximum hypocritam evasurum, ac specie pietatis, & scelerum & idololatriæ simulato odio Fideles potissimum decepturum? Illud sanè per hypocritam facilius consequetur, ut & veluti Messias habeatur, & veluti Deus adoretur. Dæmonis per hunc iniquitatis filium tot malis mundum obruere cogitantis interest, ut is lucis filium, & Sanctitatis germen

hominibus sese exhibeat: quare id illi maxime curandum credimus, ut omnem sanctitatem exterius præferat, interius verò ab omni virtute longissime discedat.

Ut præterea præstantissima omnium artium scientiâ decoretur, quas per se ipsum facillimè, quin erudiatur à præceptore, sibi comparare videatur; ut identidem suam consuetâ multâ majorem perspicaciam præferat, seque hominem ingenti admiratione dignum ostendat; ut omnia magiæ arcana perdiscat, eaque identidem ad præxim ex industria redigens, de se nomen humano majus hominibus ingerat. Quæ omnia Satanæ, per Anti-Christum homines in fraudem impellere apparantis, consiliis maxime conducent. Porro ut Scripturas Sacras, argumenta suis fraudibus aventia, inde exhausturus, optime teneat; Theologorum sententias; Philosophorum systemata; varia Religionum, Christianis fidelium præsertim, Judæorum, & Mahometanorum dogmata præstantissimè calleat; nunquam verò immaturè nimis malitiam, sævitiam, & impietatem proferat. Hinc enim fieret, ut omnia sui Præceptoris Satanæ consilia ruerent, & ab ipso quisque animum averteret.

Ceterum cum Anti-Christum à Demone efformandum, erudiendum, & possidendum dicimus, Energumenorum instar, spiritus sui usu, ratione, & libertate destitutum non constituimus; spiritu enim suo, & libertatis arbitrio omnino pollebit, neque eodem, nisi ubi sibi collibitum fuerit, abutetur. Satanæ conatus nullam perditionis filio vim inferent; qui tamen à Deo perditissimæ suæ voluntati derelinquetur: quare Dæmonem neque ex gratia, neque ex Cæli lumine, neque ex ipsa nequissimi viri voluntate ullum suæ malitiæ obstaculum offendet. D. Thomas (u), cui nonnulli Theologi subscribere, Custodem Angelum ei adfuturum putat, qui, ne per eum, quæcumque volet, mala ingerat, Dæmonem cohibebit. Alii verò, cum inemendabili pravitate affectum Messia Fidem, & honores divinos præstari sibi præsumptem intelliget, ab Angelo statim derelinquendum arbitrantur.

u D. Thom. p. 2. qu. 113. a. 4. ad 3.

ARTICULUS VI.

De Imperio, Bellis, & Morte Anti-Christi.

DE loco ubi Anti-Christus Imperium suum exordietur, inter Scriptores satis convenit (x). Sicuti Babylone oriturus, ita in ea Urbe Regnum creditur auspiciurus. Omnem industriam, politiam, magiam, præstigia, falsaque prodigia exeret, ut auctoritatem neque originis, neque virtuti suæ debitam consequatur (y). Ad illum primò accedent Judei, quibus proinde summa Regni & Aulæ mœna committet. Plurima iis videntibus prodigia efficiet, & per sanctitatis, mansuetudinis, pietatis, clementiæ, justitiæ speciem, & per idololatriæ scelerumque simu-

x Vide Hieronymum in Dan. 11. Lactant. l. 7. c. 17. Arctam in Apoc. 9. 14. Altor. y Cyrill. Jerosol. Catech. 13. Hieronym. Theodoret. Strab. Alii in Dan. 11.

2 Hippol. orat. de Consumm. mundi Eph. ram serm. de Anti-Christo.

a Vide Hieronymum in Dan. 7. & Theodoret. in Dan. 7. & 11. b Dan. 11. 42.

c Vide Method. Martyr. seu alium sub ejus nomine, Anselm. in Elocidar. Raban. Opuscul. de Anti-Christo. d Matth. 11. 21.

e Vide Ezechiel. 38. & 39.

f 2. Thessal. 2. g Vide Iren. l. 5. c. 25. Hilar. in Matth. 24. Cyrill. Catech. 15. Pseudo-Hippol. & c. h Hieronym. Epist. ad Algisiam qu. 11. Oecum. in 2. Thessal. 2. & c.

simulatum odium, eorum animos ita capiet (z), ut tamquam vero Messia sese illi submittent, Regnum Israel in promissionis terra ab eo instaurandum sibi spondeant.

Novus illic Rex de toto sibi Orbe subigendo cogitabit; quare quamaximo instructo exercitu, per pulcherrimam populos à Tyrannorum jugo erutos libertate donandi, & veram Religionem restituendi speciem, omnia terrarum Imperia, Romanum præsertim tunc temporis in decem Regna divisum, omnino evertere agere dicitur (a); primòque Egypti, Lybiæ, & Æthiopiæ Reges ceteris præstantiores aggressus, eorum Regna occupabit. Mittet manum suam, ait Daniel (b), in terras, & terram Egypti non effugiet, & dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretiosis Egypti, & per Lybiam quoque & Æthiopiæ transibit. Horum Regnorum casus aliorum septem ruinam secum trahet; Principes enim & populi turmatim confluentes sese Victori submittere properabunt.

Anti-Christum in Palæstina educandum, ab eoque Bethsaidæ, & Corozaim sibi imperium erigendum; demùm, ut victorias suas in orbem universum effundat, inde egressurum, Veterum nonnulli idcirco senserunt (c), quòd Servator in eas Urbes maledictionem enunciaverit (d): Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaidæ, quia si in Tyro, & Sidone facta essent virtutes, quæ facta sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere penitentiam egissent. Verumtamen hæc conjecturâ nihil infirmius; neque hinc Anti-Christum in iis urbibus moraturum, constat. Veterum præterea plerique eum, nonnisi postquam omnes omnino regiones subegerit, in Palæstinam adventurum scripserunt.

Undique confluentes Judæi, Anti-Christi militiæ nomen dabunt, quòd eum, quem tot sæculis venturum speraverant, Messiam esse sibi certò suadebunt: quorum exercitu Dux nequissimus Palæstinam invadet; eaque nullo negotio subactâ, imperii sui sedem Jerosolymis collocabit. Antequam verò hæc egerit, Judæam ingressus, Gog & Magog Reges in se ipsum fortissimis copiis irruptentes, bello excipiet; iisque penitus everfis (e), Judæam omnem cætorum spoliis locupletabit. His gestis, Anti-Christus totius Universi Princeps habebitur, seque verum Messiam jactans, in Christi Regnum furorem suum convertet, & extollatur super omne, quòd dicitur Deus, aut quòd colitur (f). Templum Jerusalem iterum excitabit, Latræ cultum impendendum sibi præcipiens (g). Sunt, qui scribant, in Christi fidelium Templis sedarum, ut à Fidei perduellibus adorationes excipiat (h).

Tunc ad Anti-Christi progressus cohibendos, & ad Justos in majori, quo eorum nunquam constantia tentata fuerit, discrimine adjuvandos, Enoch & Eliam Dominus excitabit. Sive hi duo Christi Precones ante Anti-Christi manifestationem, ut nonnulli Veteres sentiunt, sive, ut Pa-

trum plerique putant (i), postquam Vir ille nequissimus imperare cœperit, adventuri sint; illud sanè constat, quòd vera prodigia falsis Anti-Christi signis obicient, ejusque conatibus & præstigiis enixè adversabuntur. Quæ de re hæc Joannes in sua Apocalypsi [k]; Ego dabo (spiritum meum) duobus testibus (Henoch, & Elia (l),) & prophetabunt diebus mille ducentis (m), amittit saccis. Hi sunt duo olive, & duo candelabra in conspectu Domini terra stantes. Et si quis voluerit eis nocere, ignis exiet de ore eorum, & devorabit inimicos eorum... Hi habent potestatem claudendi cælum, ne pluas diebus prophetia ipsorum, & potestatem habent super aquas convertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plagâ, quotiescumque voluerint. Et cum finierint testimonium suum, bestia, quæ ascendit de abyso (Satanas nempe, qui possidet, & animat Anti-Christum) faciet adversus eos bellum, & vincet illos, & occidet eos. Et corpora eorum jacebunt in plateâ civitatis magna, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Egyptus, ubi & Dominus eorum crucifixus est. (nempe Jerusalem)... Et post dies tres & dimidium spiritus vita à Deo intravit in eos, & steterunt super pedes suos, & timor magnus cecidit super eos, qui viderunt eos, & audierunt vocem magnam de cælo dicentem eis: Ascendite huc. Et ascenderunt in Cælum in nube.

Religio, quam Anti-Christus statuet, alia erit ab Idololatriâ (n), quæ, cum existimationem omnem amiserit, ejus Fidem prorsus infirmaret. Veteres & recentiores superstitiones oppugnabit. Judaismo aequè ac Christianismo, & Mahometismo adversatus, singularem Religionem constituet, cuius Author & Objectum aliud à se ipso non fuerit. Veterem demùm quodammodo inferet recentiori Judaismo, cuius cultus in eo situs erit, ut se ipsum Messiam homines fateantur, & veluti Deum venerentur.

Quæ hucusque diximus de initio & progressu imperii Anti-Christi, de victoriis, quibus Egyptum, Lybiam, & Æthiopiæ sibi submittet, de bello adversus Gog, & clade, qua hostes penitus evertet, certis argumentis non inniti ultro fatemur. Ad ea comprobanda mos inolevit, ut Danielis & Ezechielis Textus allegentur; qui tametsi historicè & ad litteram vel Epiphaneum Antiochum, vel alium Principem designent, à Patribus nihilominus aptantur Anti-Christo. Eâ igitur in re à Patrum autoritate potissimum ducimur, quæ sanè maximi habenda est, cum Ecclesiarum veterem de his traditionem ex ea discamus. Quamvis autem vel ab aliquâ circumstantiâ, vel in alicujus facti ordine falleremur, Anti-Christum saltem Regem potentissimum, & impostorem omnium nequissimum futurum, ambigi nulatenus potest. Nec Anti-Christi inimicorum numerum, neque victoriarum copiam, nec Imperii amplitudinem certò scimus: at omnem Satanæ potentiam ei adfuturam, eumque calliditatem, præstigia, fi-

i Victorin. in Apocal. Raban. Opus. de Anti-Christo Pseudo-Hippol. Beda, Primasius & c. k Apoc. 11. 2. & c. l Ita PP. & Interpp. passim. m Nempe tribus annis cum toto persequutionis Anti-Christi tempore.

n Chrysost. in 2. Thessal. 2. & alii in eundem locum. Pseudo-Hippol. Iren. Cyrill. Jerosolym.

gna, & vim omnem ad Imperium sibi constituendum enixè adhibiturum non ignoramus.

2. Thessal. 2. 9. &c.

Signa ab Anti-Christo gerenda Scriptura satis memorat (d): Cujus est adventus... in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacibus, & in omni seductione, iniquitatis eius, qui pereunt, eo quod charitatem veritatis non receperunt, ut salvos fierent. Tria Anti-Christi prodigia in Apocalypsi Joannes recenset. 1. Et fecit signa magna, ut etiam ignem faceret de Celo descendere in terram (p), ut olim Elias (q). 2. Et datum est illi, ut daret spiritum imagini bestia, & ut loquatur imago bestia (r). Oracula nempe sibi faventia vulgare instituet, seu quaedam simulacra magiae ope ita construet, ut ad simplicium seductionem verba proferant. 3. Imaginem bestia gladio interfecta vitæ restituet:

Apoc. 13. 13. 14.

Bestia, qua habet plagam gladii, vivit (s); quod etiam illud spectat: Vidi unum de capitibus suis (bestia) quasi occisum in mortem, & plaga mortis ejus curata est (t). Quod de Anti-Christi morte, & commentitia resurrectione Patrum, & Interpretum perierit explicant (u). Lethali vulnere sauciabitur, mortuusque reputabitur, & aliquandiu post eum vitæ restitutus prodibit, eaque re captos innumeros sibi afsecclas vindicabit.

Apoc. 13. 14.

Jesu Christi resurrectionis prodigium eâ perspicuitate patet, ut à suo Antagonistâ simulari non possit. Christus verè mortuus est; ejus latus perfossus est; quare vel post mortem mortali vulnere affectus fuit. Anti-Christus verò vulnere, quod mortale videbatur, sauciatus præfertur. Veluti mortuus reputatus est, sed incolunitati restitutus, resurrectionis speciem exhibebit; quare ejus resurrectio non nisi ludus atque præstigiium.

Vide Greg. Magn. l. 11. Ep. 3. Primas. Bed. in Apoc. Item Haimon. Aufbert. Richard. Rupert. Anselm. Strab. Thom. &c.

Signa cætera, quæ Ecclesiastici Auctores recensent, incerta sunt. Leprà, ut ajunt (x), infectos deterget; paralyticis gressum restituet; Dæmones fugabit; prænuñciabit futura; mortuos revocabit; montes transferet; per mare sicco pede gradietur; ignem de celo deducet; diem tenebris, noctem luce perfundet; Soli denique & elementis omnibus imperabit. Hac omnia conjecturis nituntur. Nos verò præterea, quæ à Scripturâ accepimus, permaxima prodigia ab Anti-Christo gerenda non ambigimus; quare, qui eadem videbunt, à Deo quidem geri credent, & si fieri poterit, ipsi Electi in errorem devenient (y).

Hippol. de Anti-Christo.

An prodigia hujusmodi vera futura sint, an falsa, an virtutes supernaturales, antantùm præstigia prodigiorum speciem præferentia, non decernimus. A S. Paulo mendacia signa appellatur (z): Signis & prodigiis mendacibus. Quod quidem, de Interpretum plurimorum sententiâ (a), ad prodigia fallacia referri potest, vel ad vera ideò gesta, ut homines per ea in fraudem impellantur (b). Vel ab improbis vera signa interdum geri posse Patres non improbant (c); quare à veritate nil recedemus, si ab Anti-Christo plurima ve-

Matth. 24. 24.

2. Thessal. 2. 9.

Cyrill. Jerosolym. Catech. 13. Theodoret. in 2. Thessal. 2.

Ambrosiast. in 2. Thessal. 2. & Chrysost. ibidem. Vide August. de Civit. l. 20. c. 19. n. 4.

Vide August. de divers. quæst. 82. qu. 79. n. 4. f.

ra signa gerenda fore arbitremur, quæ tamen nequissimo sibi sine proposito perditissimus ille præstabit. Quo temporis spatio Imperium penes Anti-Christum futurum sit, Scriptura palam nunquam edicit: ipsius tantùm persecutionibus trium annorum cum dimidio spatium assignat (d). Patrum tamen plurimi ejus imperii tempus cum persecutionum tempore componunt (e). Tres sanè anni cum dimidio satis superque sunt, ut eâ, qua Anti-Christus, felicitate omnium terrarum orbis subigatur, utque innumeris Dei famuli calamitatibus obruantur. Hujus crudelissimi Principis dies, ut Servator spondisse videtur, Electorum gratiâ contrahentur (f); aliter quis ejus impetus declinare, vel fallacis valerit obfistere? Ipsa Ecclesia, quem per mulieris speciem Joannes nobis exhibet (g), Anti-Christi furorẽ verita, confugiet ad solitudinem, ubi habebit locum paratum, & Deo, ut ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta... Et draco persequetur mulierem... Et mittet ex ore suo post mulierem aquam, tanquam flumen, ut eam faciat trahi à flumine... & aperiet terra os suum & absorbebit flumen, quod mittet draco de ore suo. Et irascetur draco in mulierem, & abibit facere prælium cum reliquis de semine ejus, qui custodiant mandata Dei, & habent testimonium Jese Christi.

ra signa gerenda fore arbitremur, quæ tamen nequissimo sibi sine proposito perditissimus ille præstabit.

Quo temporis spatio Imperium penes Anti-Christum futurum sit, Scriptura palam nunquam edicit: ipsius tantùm persecutionibus trium annorum cum dimidio spatium assignat (d). Patrum tamen plurimi ejus imperii tempus cum persecutionum tempore componunt (e). Tres sanè anni cum dimidio satis superque sunt, ut eâ, qua Anti-Christus, felicitate omnium terrarum orbis subigatur, utque innumeris Dei famuli calamitatibus obruantur. Hujus crudelissimi Principis dies, ut Servator spondisse videtur, Electorum gratiâ contrahentur (f); aliter quis ejus impetus declinare, vel fallacis valerit obfistere? Ipsa Ecclesia, quem per mulieris speciem Joannes nobis exhibet (g), Anti-Christi furorẽ verita, confugiet ad solitudinem, ubi habebit locum paratum, & Deo, ut ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta... Et draco persequetur mulierem... Et mittet ex ore suo post mulierem aquam, tanquam flumen, ut eam faciat trahi à flumine... & aperiet terra os suum & absorbebit flumen, quod mittet draco de ore suo. Et irascetur draco in mulierem, & abibit facere prælium cum reliquis de semine ejus, qui custodiant mandata Dei, & habent testimonium Jese Christi.

Nemo ex Dei famulis illius miserissimi temporis tentatione liberabitur; Anti-Christus enim vel per se ipsum, vel per suos insequutus, nihilo abstinebit, non supplicii, aut promissis, non blanditiis, minis, aut prodigiis, ut eos decipiat, & ad interitum perducatur. Ammon tantummodo, Moab, & Edom, juxta Danielem (h, ejus cædes idcirco evitabunt, quod ejus omnino voluntati obtemperantes, veluti Messiam, & Dei Filium libenter excipient, eique cultum impendent. Edom, Moab, & Ammon nomine nefarii omnes designantur, Anti-Christo se ultrò submittententes.

Inter Christi afsecclas & Anti-Christi alumnos mille annorum diffidium (totidem namque annis Justii vivent in terra) veteres quidam millenarii constituentes, adversus sanctos bellum ad annos mille protrahendum putavere. Vulgò tamen, Justos permaximâ eo temporis intervallo pace fruituros, & Satanam sub annorum mille exitum de vinculis solutum, ut bellum sanctis inferat (\*), ex abyssis egresurum sentiunt (i). Tunc exibat, & seducebat gentes, quæ sunt super quatuor angulos terra, Gog, & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris (k). Et ascenderunt super latitudinem terra, & circumierunt castra Sanctorum, & civitatem dilectam. Et descendit ignis à Deo de celo, & devoravit eos, & Diabolus, qui seducebat eos, missus in stagnum ignis, & sulphuris, ubi & bestia, & Pseudo-Propheta cruciabantur die ac nocte in sacula sæculorum.

De quo etiam eventu hæc habet Daniel

d Apoc. 11. 2. 3. Daniel. 7. 25. & 12. 11. c. Iren. Cyrill. Jerosolym.

Theodoret. Hist. 4. 20. c. 13. Gregor. l. 20. c. 13. Hieron. l. 20. c. 13.

Matth. 24. 22. Apoc. 12. 6. 14.

Daniel. 11. 41.

Apoc. 20. 10. &c.

Vide Aug. de Civ. l. 20. c. 13.

Apoc. 20. 7. &c.

Daniel. 12. 1.

niel (l): In tempore illo consurget Michael Princeps Magnus, qui stat pro filiis populi sui, & veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse ceperunt, usque ad tempus illud. Et in tempore illo salvabitur populus tuus omnis, qui inventus fuerit scriptus in libro. Et multi de his, qui dormiunt in terræ pulvere, evigilabunt; alii in vitam æternam, & alii in opprobrium, ut videant semper. Ad illud idem tempus certamen, de quo Joannes in Apocalypsi [m], plures referunt (n): Et factum est prælium magnum in Calo: Michael, & Angeli ejus præliabantur cum Dracone, & Draco pugnabat & Angeli ejus, & non valuerunt, neque locus inventus est eorum amplius in Calo. Et projectus est Draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Satanus, qui seducit universum orbem, & projectus est in terram, & Angeli ejus cum illo missi sunt. Et audivi vocem magnam in Calo dicentem: Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi ejus, quia projectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte.

Apoc. 12. 7. 8. Gregor. l. 20. c. 14. in Evang. Victorin. Arctas. Haym. Ribera. alii in Apoc. 12.

Hier. in Dan. 11. Theodoret. in Dan. 11. Haym. Strab. ibid. S. Thom. & Anselm. in 2. Thessal. 2. alii passim. Daniel. 11. 45.

Lañ. l. 7. de divino premio c. 17. 19. & in Epitome.

certamine, penitus enervatus in Vidorum manus incidet, & unâ cum Principibus & Tyrannis, qui eo imperante orbem vexaverint, coram Jesu Christo statuetur; à quo impietatis & flagitiorum omnium, singuli redarguti, in ignem æternum detrudentur. Unde Lactantius hæc eruerit, ignoramus. Ejus fortè ætate de genere & circumstantiis mortis Anti-Christi non conveniebat; sicut & nunc nos inter non convenit.

Illud sanè constat, quod Paulo testante didicimus (r): Anti-Christum à Domino Jesu spiritu oris sui interficiendum fore: sive ille vero Jesu habitu, sive ejus verbo, aut imperio, sive denique terrore, quo vir nequissimus coram Domino constitutus obruetur, fuerit interitendus. Quo è vivis ablato, iterum paci suæ restituetur Ecclesia, & nefarii omnes, qui perditissimo deceptoris adhaerent, pudore quammaximo afficientur. Judæi porò sese deceptos tandem intelligentes, & de Messia tandem expectato desperantes, ad Christum, ejusque Fidem, juxta Scripturas (s), adducuntur.

2. Thess. 2. 8

5 Osee 3. 4. Rom. 11. 25.

Prolixam fortè nimis Dissertationem hanc absolvamus; quamvis satis contracta videri etiam possit, si rei gravitas, & amplitudo animadvertatur. Sæpius de hoc argumento data est agendi occasio in Commentario; & varia ad eâ de re sunt opiniones, ut integrâ Dissertatione non perfunderet de illa tractare opere præsumerem. P. Malvenda Dominicanus Hispanus latum de Anti-Christo volumen edidit: illum consulat, qui plura petit. Contractum de his, quæ & ille, & ceteri de Anti-Christo referunt, epilogum satis nobis superque sit exhibuisse. De quo perditissimo Viro certa vix pauca, incerta & problematica fermè innumera vidimus; quare ejus adventus statutum tempus, regio, origo, parentes, infantia, nomen, imperii spatium, mortis genus, dubia omnia.

Verumtamen ad mundi interitum certò adventurum scimus, qui profectò etiam imperabit, innumeros seduceat, sanctos bello vexabit, Messia nomen & Dei cultum sibi usurpabit, & postquam brevi imperaverit, à Dei verbo, vel spiritu, seu ejus jussu interficietur. Anti-Christos præterea hujus nequissimi figuras, & præcursores, qui sanctos perfosi Veritatem, & Ecclesiæ communionem oppugnaverunt, omnibus gratibus exutisse sentimus. Quamvis denique teterrimo Anti-Christi tempore nos minime nunc vivamus, evigilandum nihilominus, & vi, & constantiâ nobis consulendum, ne Damonum, & nefariorum hominum, qui à veritate, pietate, & justitiâ nos avertere student, præstigiis, & seductionibus obruamur.